



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXXI. Die Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## XXXI. DIE JANVARI.

P. PETRVS PAVLVS  
DE AZEREDO.

Hilpanus  
Madriti 31.  
Jan. 1573.  
Humilitas.

Pia collo-  
quia.  
Amor Dei.

**H**VMilitati exercendæ sua sibi  
vitia petebat in triclinio expro-  
brari; monitore quoque impe-  
rato, qui cum nil se Petro notasse  
diceret, Petrus ipse sua errata descri-  
bebat, & chartam monitori legen-  
dam dabat, legentem ipse de genibus  
humi supplici gestu audiens, manibus  
ante pectus coniunctis, neque sine  
copia lachrymarum. Orationis ac  
versuum sancta in illo facundia, sua-  
uis & ad animos Deo lucifaciendos  
mirum in modum potens eloquentis,  
maxime cum de amore Dei loquere-  
tur, quo argumento multas ab infami  
quaestu ad castiora conuertit.

P. ELEV THERIVS  
PONTANUS.

Belga At.  
trebat. 31.  
Jan. 1611.  
zstat. 84.  
Moritif.  
Charit. 44.

**H**IC in thorace cilicino, & quidem  
iciunus, sèpè in aestate 14. Belgica  
milliaria confecit pedes. Cum præf-  
set, si venam cuiquam incisam domi-  
sciret, illum etiam nocte mediâ visita-  
bat, id quod aiebat se ab ipso S.P.N.  
Ignatij, cui Romæ conuixerat, exem-  
pli didicisse. Tornaci ad ægri Nouitij  
lectulum orans noctem integrum fle-  
xis genibus duxit insomnem. Domi,  
& foris ea quærebat, quæ cum con-  
temptione sunt coniuncta. Fœminam  
quæ se energumenam mentiebatur  
deprehendit, cum ossa animalium,  
purpurâ involuta, illi admouit, aquam  
simplicem. & carmina exorcismi loco  
adhibuit. illâ adhæc mirè se agitante,  
tanquam si sacrorum verborum, aquæ,

Lipsianorum vim ferre non posset. *Pauperis.*  
Exibat egestate domesticâ virgente  
ad elemosynam corrogandam: &  
ecce ignotum virum, qui ei centum  
aureos in manus dedit. Septimâ ante  
mortem die quicquid in cubiculo e-  
rat, Superiori transcriptis. Aliunt illum  
per sex horas oras quotidie, præter-  
eaque assidue, facie ipsâ illustre quid-  
dam ac sanctum spirante. Asper-  
num cilicium induebat quotidie, fla-  
gris nullo die omisssis. Parisijs toto anno  
cilicium nunquam depositus. Virtus  
illius ad sanctimonias usque famam  
illustris fuit. Etiam senex itinera con-  
ficiebat pedes, & nudipes aliquando,  
ac cilicio cooperitus. Attrebat carce-  
res adeò amanter visebat, ut captiuo-  
rum Parochus diceretur. Octoginta  
quatuor annos natus decessit, animam  
hinc verbis inuitans: *egredere anima  
mea, egredere.*

P. CLAVDIVS AQVA-  
VIVA GENERALIS.

Italus Ro-  
mæ. 31. Jan.  
1615.  
zstat. 72.

**H**IC etiam dies anno 1615. extinxit  
Patrem Claudium Aquauia Du-  
cis Atrijs filium, Societas IESV Prä-  
positum Generalem quintum, virum  
verè cordatum. Instituti scientem,  
ac retinentem, Dei præsentis, ubique  
inter occupationes attente memorem.  
Hunc Beatissima Virgo non vni con-  
specta est magni comitijs Patribus of-  
ferre, ut eligeretur Oranti noctu Chri-  
stus dixit: *Noli timere quia ego tecum  
sum.* Per Beatissimam Virginem So-  
cieti tria potissimum flagitabat, ac  
accuratissimam castitatem, profundissi-  
mam humilitatem, flagrantissimam  
diuinæ gloriæ prouchendæ audita-  
tem

P. R O B E R T V S  
N O B I L I V S.

Oratio.

tem. S. Philippus Neri illumin à se  
multo lumine perfusum conspectum  
dixit? alij testati sunt illum inter pre-  
candum sublimem in aëre per semi-  
horam conspectum. Vixit annos 72.  
Societatem rexit annois 34. De hoc  
plura in eius vita, & in Annalibus  
Marianis Societatis IESV.

EDMVNDVS RENARD.  
C O A D I U T O R .

Belga. Leo-  
dij. 31. Ian.  
1643.

PLuribus pestiferorum ulcerum ci-  
catricibus fuit insignis postquam  
vigesies, bonâ obedientiæ veniâ se,  
caputque suum in periculum dedit  
inter obsequia peste ractorum, vige-  
sies malo illo superstes reuersus. Mor-  
tuum tandem Leodij memores he-  
roicæ illius charitatis omnes Parochi  
exequiali sacrificio palam honora-  
uere.

P. S A N C I V S  
DE MENDOZA.

Hispanus  
Gadibus. 31.  
Jan. 1649.

Charitas.

Oratio.

Mors.

IN obsequio peste infectorum ma-  
gnam animam pro charitate posuit  
P. Sancius de Mendoza nobilitatis  
apud Hispanos claritudine, in Socie-  
tate vero Grammaticâ diu traditâ,  
missionibus celebratis, charitate in  
vincitos ægrosque liberali, ultimâ de-  
mum heroicâ, cui hodie immortuus  
est, charitate memorabilis. Etiam in  
ultrîmis illis charitatis occupationibus  
post meridiem quotidie semihoram  
orationi consuetæ addebat, sensu  
magnâ ac tenero, P. Ioannes Auella-  
neda eiusdem gloriae consors in eo-  
dem opere charitatis, prius quam è  
vita discederet, dixit P. Sancium iam  
ante mortuum, à se conspectum lato  
vultu residentem, atq; etiam inuitan-  
tem. De hoc plura dedi in Heroibus,  
& victimis charitatis ad annum 1649.

Huic tum adhuc adolescenti eius Italus Ma-  
din scholis magister P. Nicolaus  
Orlandinus diserte prædixerat, fore  
ut apud Indos pro Dñi gloria magna  
patraret. Apud Madurenses per an-  
nos 40. magno vitæ severioris exem-  
plo, magnâ doctrinæ ac sanctimoniac  
famâ ita laborauit ut ab alijs Ambro-  
sius, ab alijs nonnisi Pater Sanctus  
passim vulgato nomine diceretur.

Aiant cum nemine collocutum de  
fidei veritate cui illam si non persua-  
serit, certè ostenderit. Inter alios li-  
bros perbenè lucubratos scriptis etiam  
solidam narrationem fundatorum  
quibus stabilitur Missio Madurensis. Quo  
libro in sententiam suam, postea  
etiam oraculo Pontificio approbatam,  
adduxit eos qui ei obiectabant quod  
Brachmanorum ritibus se plus æquo  
accommodare videretur. Attempe-  
perat id, ac sapienter factum exi-  
tus ipse ostendit, & ea viuendi ra-  
tio iam communis secutorum illum  
sociorum vsu laudatè approbata. As-  
perum illud vitæ genus ultrò suscepit;  
ut exemplo suo legem Christi lege  
Brachmanicâ suaviorem quidem il-  
lam, sed in virtute nihilo laxiorem aut  
molliorem, asperioribus quibusdā (que  
nonnisi admirabilitate capiuntur) in-  
genijs persuaderet. Extremo vitæ de-  
cennio oculis planè captus, iussus est  
in Collegio S. Thomæ quiescere; ubi  
pristinæ suæ virtuti haud impar, omnium  
tam Christianorum quam Ethnicorum  
admiratione laudabatur. Per  
toros 50. annos istic nobiliter impen-  
sos, neque carnis, neque piscibus  
vesci voluit; idque ex voto; per ex-  
tremos annos nonnisi paucis herbis in  
cibum ad reficiendas utique vires  
admissis.

Italus Ma-  
din in lan.  
1656, Soc. 6a

Mortif.

Cecus.

Mortif.

H MEN.